



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephi Mariae Svaresii, Episcopi Vasionensis, Praenestes  
Antiqvae Libri Dvo**

**Suarès, Joseph Marie**

**Romae, 1655**

De Viris Illustribus Praenestinis. 28

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11894**

MILITIA. PRIMA  
 PRAEFECTVRAE  
 EQVIT. BRAVCO  
 NVM. EXORNARI  
 DIGNATVS. EST  
 DEC. DEC  
 BLANDVS. PATER  
 PRO. AMORE. CIVI  
 TATIS. SVMMAM. ET  
 SVMPTVM. OMNEM  
 . . . . .

Inscriptiones Prænestinas passim laudat Manu-  
 tius: sed post hanc messem Inscriptionum, quam col-  
 legi Prænestę iterum allegatus Eminentissimi Me-  
 cenatis Francisci Barberini Cardinalis mandato cū  
 Angelo Paracciano, qui & amicitię nexu, & libera-  
 lium artium coniunctione mihi deuinctissimus, de  
 omnibus bene merendo sibi omnium amorem con-  
 ciliat, stipulas illectas à me relictas sublegi posse non  
 dubito: imò eruenda Epitaphia plurima Eminentif-  
 simi Cardinalis suprascripti auspicijs auguror. Vt  
 enim illi cura maxima est ne quid lateat profuturum  
 sic ipsi tellus ipsa effuso sinu, quascunque occulue-  
 rat opes expandit vltro.

In Orthogr.

*De Viris Illustribus Prænestinis.*

CAPVT XXVIII.



IC vides Tribunos, Aediles, & alios Ma-  
 gistratus, Sacerdotes, atque milites egre-  
 gios Prænestę ortos. In vetusto Codice  
 Vaticano Terentij e membrana, Phormio-  
 nis

Cod. 3868.

Religio mihi  
est mutare  
quamvis er-  
ronea, adeo  
veneror an-  
tiquitatem.

nis calci adscripta hæc sunt: *Acta Ludis Romanis*  
L. POSTVMIO. ALBINO. L. CORNELIO ME-  
RVLA. *Aedilibus Curulibus, egere L. Ambibius Tur-*  
*pio, L. Attilius Prænestinus, modos fecit Flaccus Claudij*  
*Tibijs imparibus, tota Græca Apollodori Epidicazome-*  
*nos. facta 1111. G. Fannio. M. Valerio Coss. Initio Adel-*  
*phorum: egere L. Atilius Prænestinus. Initio Heauton-*  
*timorumeni. L. Attilius Prænestinus modos fecit acta*  
*111. M. Iunio. T. Sempronio Coss. Initio Eunuchi*  
*L. Attilius Prænestinus egere. M. Valerio. C. Fannio*  
*Coss. Terentius etiam agit de Lucio Statio Præne-*  
*stino actore, quem eximium, atque præstantem fuisse*  
*suspicio. Ludos primum Romæ anno V.C. CCCCLX.*  
*editos M. Atilio Regulo Prætoris T. Liuius obseruat.*  
*superius ludos Prænestæ celebratos adnotauimus.*  
*At Theatrum Prænestæ fuisse, in quo exhiberentur,*  
*conijcio, & infra patebit. Sed in ludis Agilium*  
*Pantomimum sui temporis primum iam commemo-*  
*rauimus, & Trophimum Euaristum, & Voesium Cura-*  
*tores; in sortibus Numerium, & illi adiungimus Ano-*  
*nimum, cuius vrna marmorea in Recolletorū Præ-*  
*nestæ visitur, cui Tripus insculpta cum Delphi-*  
*no. in Serapio ædificando C. Valerium; in*  
*bellis Cæculum, & Herilum; Casilini*  
*præfidiarios, & Manitium Præ-*  
*torem; in litteris Aelianum*  
*quo ciues habuit, qui-*  
*busq; merito glo-*  
*riatur.*



De